



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Copia Privilegii Societatis Iesv pro sacro Romano Imperio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

APPROBATIO.

Opera omnia etiam haecenus non visa R. P. Hieremias Drexelis, magni è Societate IESV Ecclesiasta, digna sunt ut lucere videant: sunt enim tanto sententiarum pondere ditata, tantisque sanctorum placitis dotata, ut gloria Dei promo-venda ac animarum bono pietatisq; instruenda multum deserviant, digna itaque ut tanti magistri opera à Theologis, Parochis, Catechistis, aliisque tanquam haeresi extirpanda, pietati fovenda accommoda legantur. Quare ut posteritati tradantur praelum iterato videant. Actum Antverpia, die 25. Augusti, 1643.

GASPAR ESTRIX S. T. Licent.
Plebanus, ac Lib. Censor.

COPIA PRIVILEGII SOCIETATIS IESV pro sacro Romano Imperio.

Cum ex mandato Sacrae Caesareae Majestatis, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, atque aliis quibuscumque librariam negotiationem exercentibus, serio stricteque inhi-beatur, ne quis libros ullos à Societatis nostrae Patribus haecenus editos, aut edendos imposterum, intra sacri Romani Imperii, Regnorumque & Dominiorum Sacrae Caesareae Majestatis haereditariorum fines, simili aliòve caractere aut formà, sive in toto, sive in parte, excudere vel recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impressos invehere, vendere, aut distrahere clam, seu palam, citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat vel praesumat; ego ANDREAS IVDOCI Societatis IESV per Provinciam Flandro-Belgicam Praepositus Provincialis concedo Viduae & Haereditibus Ioannis Crobbardi facultatem excudendi ad duodecim annos proximos, R. P. Hieremias Drexelis è Societate nostrà opera omnia duobus voluminibus comprehensa, & seorsim in singulis libris à diversis Societatis nostrae Praepositis Provincialibus olim approbata. In cuius rei fidem litteras manu meà subscriptas, & sigillo officii mei munitas dedi, Antverpia anno M. DC. XLIII. die 1. Septembris.

ANDREAS IVDOCI